

nam, & causam remotam donationis, ut scilicet spectanda sic causa proxima. Quæ quidem hic est, causa benemeritorum, sicuti probatur in l. si verò non remunerandi. S. idem Papinian. ff. mand. vbi donatio facta à liberto patrono, præsumitur facta ob præcedens meritum patroni, qui prius fuerat liberalis erga ipsum libertum. Et huc pertinet, quod tradit post alios Decius in l. si donatione. num. 11. C. de collat. quando pater donat filio benemerito, præsumitur motus ad donandum causa hac proxima meritorum, non autem causa illa remota affectionis paternæ, sanguinisque. Quæ de re dicemus infra in præsumpt. 29. vbi explicabimus, quando pater præsumatur donare filio ob benemerita, quo loci plura explicabimus, quæ huc pertinere possunt, præsertim text. l. tutor. §. quæ tutoribus. ff. de excus. tut.

Secundus est casus, à præcedenti diversus, quando scilicet mariti extant benemerita erga donantem vxori. Hoc sanè casu, præsumitur donatum causa, & contemplatione ipsius mariti. Ita simili omninò in casu probat text. & ibi gl. l. profectitia. ff. de iure dotium, & ibid. Bald. cū dixerunt, qd si quis ob mea erga eum merita donauit filie meæ mille causa dotis, illa dos dicitur profectitia, quasi qd prouenerit ex bonis meis, nēpē à meritis meis. Et idē scripsit ad rem nostram Io. Lupus in d. §. 45. in fi.

Tertius est casus, quando donatio facta fuit à consanguineo vxori consanguinei filii sub commemoratione ipsius mariti consanguinei, vt si dixit, dono Caię vxori fratris mei. Hoc etiam casu præsumitur donatio facta causa, & contemplatione ipsius mariti. Ita in specie tradit Lup. in d. §. 45. num. 6. & hoc maxime, motus traditione Dyni, & Bald. in l. filio. ff. de cond. & demonst. cum dixerunt, legatum filium filio sub commemoratione patris potestatis, acquiri patri, quia eius causa, & contemplatione præsumitur factum, sicuti etiā annotauit Soc. in d. filio. nu. 4. confert l. & cum aliquis. C. de iure delib. vbi instituens hæredem seruum Sempronij, intuitu & contemplatione domini dicitur instituisse. Id quod explicabimus infra in sequenti libro in præsumpt. 44. Nec constituenda est differentia (inquit Lupus) quod præcedat, vel sequatur proprium nomen vxoris, cū utroque casu præsumatur facta donatio cōtemplatione mariti, vt ei acquiratur. Et Thomas Sanchez in tractatu de matr. lib. 6. disp. 26. nu. 14. in fin. Dissentit tamen Alex. in d. §. in arrogato, nu. 12. in fin.

Quartus est casus, quando vxori donata fuerit res ei non conuenientes, sed marito, vt pura arma, equi & similes. Hoc etiam casu præsumitur donatum cōtemplatione mariti, vt ei acquirantur. Ita Bart. in consil. 11. Questio talis est, num. 3. lib. 2. Ang. in l. sed si plures. §. in arrogato. ff. de vulg. & pup. subtit. 10. Lup. in d. §. 45. nu. 8. vers. istud tamen & idem sentit Rota Rom. in decis. 1. n. 8. de don. inter virum & vxor. in antiquioribus. post Io. Andr. Idem dicimus in donatis Ambasciatoribus quos latinè legatos appellamus, sicuti statim dicemus.

Quintus est casus, à præcedenti diuersus, quando scilicet vxori donata fuerunt res ei tantū conuenientes, vt puta vestes muliebres, Armilla, Margarita, & similia. Hoc in casu, donatio præsumitur facta cōtemplatione, & causa ipsius mulieris, vt ei acquirantur. Ita Bart. in d. consil. 11. n. 3. Ang. in d. §. in arrogato. Rot. in d. decis. 1. n. 8. Ita dicimus, quod donata legatis, quæ eis tm̄ conueniunt, præsumuntur eorum contemplatione, & causa donata vt eis acquirantur, non autem principi, qui ipsos legatos misit. Ita Doct. in l. si verò. §. item quidquid. ff. sol. matr. & dicemus infra in subseq. præsumpt.

Cæterum ab hac opinione dissentiunt Imol. & Alex. in d. §. in arrogato, quos secutus est Ioan. Lupus in d. §. 49. num. 9. Ea ratione moti sunt, quia etsi res donatæ conueniant tantummodo mulieri, attamen non inde fit, qd mens donantis fuerit donare mulieri, vt suæ essent, cum

& ipse vir concedat ornamenta, vt ornatus incedat, nõ quia velit esse mulieris, vt tradit Bart. & reliqui in l. pen. §. seruis. ff. sol. matr. & in leg. 1. §. nec Castr. ff. de collat. bon. & scripsi in comm. de arb. iud. lib. 2. casu 218.

Sextus est, quando extat consuetudo, quod donata à consanguineis, vxori consanguinei, vel amici, acquiratur ipsi mulieri. Hoc sanè casu præsumitur, quod simpliciter donatum à consanguineo ipsi mulieri, dicatur donatum, vt ei, non autem marito acquiratur. Ita in specie scripserunt Castrenf. & Alexand. in §. arrogato. Corn. in consil. 81. col. vlt. lib. 1. Ioan. Lup. in d. §. 45. num. 9. vers. secundo intellige, & Roland. in consil. 10. num. 11. lib. 1. Et Thomas Sanchez in tract. de matrim. lib. 6. disp. 26. num. 13. in fine. Et simile tradunt Bart. in l. si vt certo. §. interdum. ff. commod. & Salyc. in l. sicut. in fin. C. commod. cum dixerunt, quod si est consuetudo, quod ea, quæ mittuntur à sponso sponsæ, vel e contra, dicantur donata, consuetudo illa sequenda est. Huc etiam facit, quod dicemus in subsequenti præsumptione, donata legatis eis acquiri, quando talis extat consuetudo, vt eis acquirantur.

Septimus est casus, quando donatio facta fuisset à consanguineo principe. Hoc sanè casu, præsumitur facta causa, & contemplatione ipsiusmet mulieris, cui donauit, vt ei acquiratur, & non marito. Ita à fortiori probat l. cum multa. C. de bon. quæ libe. vbi donata à principe filiofam. eidem acquiruntur, qui regulariter, quod acquiri, patri acquiri. l. placet. ff. de acq. hæ. attamen ex donatis à principe nihil pater consequitur. Et propterea filius deponere de illis potest, vt tradunt ibi Doct. & Calcan. in consil. 12. col. pen. & Ias. in Auth. ex testamento. C. de collat. Et in specie clarissime his terminis sic respondit Bart. in consil. 11. Quæst. talis est, an quæ donantur, nu. 1. lib. 2. quem secutus sum in consil. 41. in fi. lib. 1. Et Sanchez qui supra.

Octauus, & vltimus est casus, quando verè sumus in dubio, vt quia nullæ extant coniecturæ, quib. possit conijci, fuisse donatum causa, & contemplatione mariti, vel ipsius vxoris, vt vel vni, & alteri acquiratur. Cum inquam verè versamur in dubio, dubia est Doct. disputatio.

Vna fuit opinio eorum, qui scripserunt, præsumi donatum contemplatione mariti, vt ei, & non mulieri acquiratur. Ita Bart. in d. consil. 11. in fi. & idem Bart. Castrenf. & Alex. in l. sed si plures. §. in arrogato. ff. de vulg. & pupill. subtit. & ibidem Ias. in §. ad substitutos, quæ legit cum d. §. in arrogato. vbi n. 9. testatur hanc esse tutiorem, & in praxi difficile esse ab ea recedere. Idem Ias. in l. vlt. liberis. C. de collat. Ange. Aret. in §. fuerat, num. 12. vers. quid erit de donationibus, in Inst. de actio. & ibid. ipse Ias. Et his accedunt Rota Rom. in decis. 1. nu. 8. vers. & si ex his, in tit. de donat. inter virum & vxor. in antiquioribus. Butr. in consil. 38. nu. 4. Corn. in consil. 81. col. penult. lib. 1. Barb. in consil. 43. col. 3. lib. 1. Ruinus in consil. 223. num. 10. & 11. lib. 1. Dec. in l. vt liberis, num. 23. C. de collat. & in consil. 280. Ioan. Lupus in rubr. extra de donatio. inter virum & vxor. §. 45. Rolan. in consil. 10. num. 11. lib. 1. Et nouissime Thomas Sanchez in dict. tract. de matrimonio. lib. 6. disp. 26. nu. 11. Et hac pro opinione afferri, perpendiq; solet text. dist. l. sed si plures. §. in arrogato. ff. de vulg. & pupillar. subtit. quo loci Vlpianus respondit, substitutum filio arrogato consequi quæ ipsi arrogato dedit pater arrogator, & inter ab eo data connumerari, quod ab amico vel cognato relictum fuit ipsi arrogato. Et ratio est, quia illa relicta præsumuntur legata contemplatione patris arrogatoris, & propterea tanquam ex eius bonis trahunt ad substitutum. Verum reiectis aliorum interpretationibus, respondet Iason in dict. §. ad substitutos, nu. 9. ita responsum fuisse ab Vlpiano eo in casu, in quo duo concurrebant. Vnum quod fuerit legatum cōtemplatione

platione arrogatoris: alterum, quod legatum fuerit cōtemplatione eius, cui statim de iure acquiritur. Et prius ita sentit Bald. in l. cum te, num. 3. C. de don. ante nupt. Ias. secutus est Alciatus in tract. de præsumpt. regul. 1. præsumpt. 18. Diuersum est (aiunt prædicti) in casu nostro, quo etsi primum illud concurrat, quod scilicet donatio fuerit facta sponsæ contemplatione mariti, non tamen concurrat secundum, cum de iure quidquid acquiri vxor non acquirat marito, sicuti filius acquiri patri placet. ff. de acq. hæ. Nec obstat quod inquit Alex. in d. §. in arrogato, qd in casu illius responsi non est patria potestas, quæ efficit, vt relicta filio acquiratur patri arrogatori: sed est id, quia eius contemplatione legatum fuit, Nam respondetur secundum Ias. quod imò patria potestas est in causa huius acquisitionis, coniuncta tamen ipsa contemplatione.

Id quod ex eo, (inquit Iason) probatur, quia si patria potestas non esset in consideratione, sequeretur, quod si mortuo patre arrogatore consanguineus, vel amicus legaret, aut donaret huic filio pupillo arrogato contemplatione ipsius patris, substitutus pupillariter huic filio consequeretur bona hæc: id quod falsum est, cum substitutus iste solum consequatur bona donata filio arrogato, viuente ipso patre arrogatore.

Cæterum dubia est interpretatio, quia quidquid acquiri filius arrogatus, non dicitur acquirere patri arrogatori, sed sibi. l. nõ aliter. l. his verbis. ff. de adoptio. Respondit secundo Alci. in d. præsumpt. 18. in fi. quod in d. §. in arrogato, agebatur de aliquo favore pupilli arrogati, quod scilicet pater ei posset substituere pupillariter, nedum in bonis sibi à patre prouenientibus, sed et à cognatis, & amicis. Nec propter hoc ipse arrogatus eis priuatur: Id quod non contingit in casu nostro, vbi mulier etiam viuens cogere non resitituit marito.

Secundo adducitur text. in l. si quid earum. in princ. vers. in quib. ff. de leg. 3. vbi si maritus legauit vxori, quæ sui causa comparata sunt, in hoc legato veniunt etiam ea, quæ focer, nurus nomine comparantur. Ergo non erant ipsius nurus, sed mariti. Ita textum hunc ad rem perperdit Lupus in d. §. 45. n. 3. Verù nec text. iste satis probat, quia & si in legato vxori facto contineantur etiam ea, quæ fuerunt nurus ipsius testatoris: non tamen definit illo in loco Vlpianus, quomodo res illæ quæ nurus fuerunt, sibi acquisite fuerint. Nam fieri potest, quod ei soluerit pretium, vel nurus ei donauerit. Nec ibi declarat Vlpianus, quò res illæ effectæ fuerint illius nurus, quis scilicet ei reliquerit, vel donauerit, vel si ipsa emerit.

Tertio melius suffragatur, qd ad cognoscendum, cuius contemplatione aliquid fuerit legatum, vel donatum, inspiciatur, & consideratur affectio donantis, & legantis. l. donationes in concubina. §. species, ff. de donat. cum ergo amici, & consanguinei mariti moti sint affectione, & beneuolentia, qua profecti sunt maritum ad donandum eius vxori, cui alias non donassent, sequitur dicendum, præsumi donasse contemplatione ipsius mariti. Verum respondetur, quod etsi donarunt cōtemplatione, & causa ipsius contracti matrimonij, ob affectionem, qua profectebantur consanguineum, non tamen inde sequitur, quod noluerint acquiri ipsi mulieri, sicuti dicemus infra in vlt. argumento subsequenti opinionis.

Contrariam opinionem quod scilicet præsumatur donatum vxori seu sponsæ contemplatione ipsiusmet, non autem mariti, probarunt Bal. in l. cum te, nu. 3. C. de don. ante nupt. & in consil. 215. Facta super quibus. l. 4. Comens. & Aret. in d. §. in arrogato. Ang. & Rom. in d. l. vt liberis. C. de collat. idem Rom. in consil. 172. num. 2. Zafius in lib. 2. intellectuum singula. cap. 9. & Alciat. in tract. de præsumpt. reg. 1. præsumpt. 18. Et hæc quidē opinio mihi magis probatur, & si multa sunt eius argumenta, quæ nil vrgent.

Primò adducitur text. l. si seruis cõis. ff. de don. inter virum, & vxorem vbi res, quæ erat cõis filii, & duorum fratrum, donata fuit mulieri ab ipso viro, presentibus, & consentientibus fratribus suis: id quod perinde est ac si duo illi fratres expressè donassent partes suas.

Etsi ergo maritus in ea parte, quæ sua erat, dici non possit, quod sui ipsius contemplatione donauerit: attamen in duabus alijs partibus, quæ erant fratrum, qui donasse dicuntur, contemplatione mariti fratris eorum censentur donasse: Et tamen Alphenus Iurisconsultus ibi dubitat, cui acquirantur duæ illæ partes, & tandem respondit, acquiri ipsi mulieri. Ecce ergo Alphenus affirmasse donata vxori contemplatione mariti: acquiri ipsi vxori, non autem marito.

Cæterum respondet Ias. in d. l. sed si plures. §. ad substitutos, num. 8. in fi. ff. de vulg. Iurisconsultum Alphenum in dict. l. si seruis communis, definire quidem donationem illam valere, etiam viuente ipso marito, quia cessat ratio prohibitionis donationis inter virum, & vxorem. Non tamen definit, cui mortuo ipso marito, res illa donata acquiratur.

Nec obstat (inquit Iason) textus ibi in fine, verbo, reddere, quia Iurisconsultus habuit respectum ad id, quod maritus iam tradiderat rem donatam, & ideo pro parte pertinente ad maritum reddit, pro alijs verò duabus partibus fratrum mariti non reddit. Non hic commemoratio aliorum interpretationem, quam confutauit Alci. in d. præsumpt. 18.

Secundo Aretin. in d. §. in arrogato. in fin. citat l. 3. §. socru. ff. de donat. inter vir. & vxor. l. si constante. & l. si te in vacua. C. eod.

Verum, mea quidem opinione, nil vrgent. Nam facillè concedimus socrum quod donare posse nurui, & statim valere donationem. Cum prohibitio legis, qua maritus donare non potest vxori, cesset hoc in casu: Non tamen inde fit, quin donatio censetur facta contemplatione ipsius mariti, eo tamen animo, vt nihil marito possit dici acquisitum.

Tertio Bald. in d. consil. 215. alleg. l. si mater. C. de do. nat. ante nupt. vbi quod quod focrus donauit genero suo sponso efficitur proprium ipsius sponsi, & illud ad suos hæredes transmittit.

Cæterum respondetur, iura illa procedere in casibus claris, in quibus constabat, focrum donare voluisse ipsi genero, & de eius enixa voluntate apparebat, ex quo dicit, se donare animo repetendi, & eum etiam in possessionem induxit. Id quod fortè contingit, quia focrus voluit remunerare generum, quem nacta fuerat ex animi sententia, cui pro meritis fortè dotem non constituerat.

Quarto mouetur Alciat. in d. præsumpt. 18. eo simili, quo dicimus donata per auum nepoti, præsumi adnētita, atque ita donata, vt ipsi nepoti acquirantur, sicuti communis est sententia in l. quæ situm. de legat. 1. Ergo idem à fortiori dicendum est hoc in casu, cum facilius filius acquirat patri, quam vxor marito.

Verum respondetur, dissentire ab ea opinione multos, & nos superiore præsumptione distinximus, quod aut aliqua sunt merita nepotis, & tunc præsumi ei donatum sui causa, & contemplatione. Aut nulla eius extiterunt merita, & tunc præsumitur ei donatum cōtemplatione filij, ob maiorem dilectionem, quam habet auus donans erga filium ipsum. Ita in casu nostro cum nulla sint mulieris benemerita erga donantem, præsumitur, quod is ob affectionem, & sanguinis coniunctionem, quæ sibi cum marito intercedit, donauerit eius vxori.

Quinto argumentatur Alci. in d. præsumpt. 18. num. 3. secundo moueor, quod donata legatis quos Ambasciatores vulgò appellamus, non præsumuntur donata cōtemplatione principis, qui legatos misit, sed causa, & cōtemplatione ipsorummet legatorum, vt tradit Doct. in l. si



in l. si verò. §. item quidquid. ff. solut. matrim. & Alex. in d. §. arrogato.

Verum respondetur, dissentire multos, sicuti in subsequenti præsumptione explicabimus, ubi distinguemus multos casus.

Sexto mouetur Alciatus præsumpt. 18. num. 4. verfic. tertio ergo, quod iure non probatur, qd donando vxori acquiratur marito. Non enim promissio, non traditio, fit marito. Non ergo dici potest, quod res donata sint marito. l. traditionib. C. de pact. Et casus specialis est (inquit Alciat.) in l. quintus. ff. de donat. inter virū & vxor. ad enitādam turpem suspensionem. Quæ ratio cessat hoc nostro in casu. Nec obstat vxori donatum esse contemplatione, & causa ipsius mariti, quia respondetur, ex hoc non sequi, quod acquiri debeat marito. Nam (inquit Alciatus) quæ sita contemplatione alterius solum consideratur in filijsfam. qui quidquid acquirunt, patri acquirunt. Ita loquitur l. cum oportet. in prin. vbi Baldus num. 1. C. de bonis quæ liber. & dicemus infra. Non ita est in alijs. Et hæc quidem Alciati consideratio comprobatur text. l. socium qui in eo. §. vltim. ff. pro socio. vbi donata socio propter ipsam societatem, atque ita contemplatione societatis, non tamen acquiruntur societati, sed propria efficiuntur ipsius socij, cui donatum est. Nec dici potest, vt dicebant Abb. in c. postulastis. de cõces. preben. & Lup. in d. §. 45. num. 6. ibi fuisse clarum, illum donantem voluisse donare socio, vt ei acquireretur, quia verius est casum fuisse dubium, quia donator ille simpliciter donauerat illi donatario, etsi motus fuerit propter ipsam societatem. Ita ergo, & nostro in casu dicendum est, quod etsi consanguineus mariti motus fuerit ad donandum illi vxori sui consanguineæ, ob id, quod contraxit matrimonium cum eius consanguineo, & quod non donasset, si ei non nupsisset, attamen dicitur donasse, vt eius proxi. num. fiat, quod donauit.

Vltimo hic considerandum est, quod casus iste donationis factæ à consanguineo, vxori consanguineæ sui, multum differt à casu donationis factæ ab eo, qui donat filiofam. contemplatione eius patris. Illo enim in casu stat regula, quod quidquid acquirat filius, acquirat patri. leg. placet. ff. de acquir. hæred. cum similib.

Et licet ab hac regula excipiantur aduenticia, attamen qui vult transferre aliquid esse aduentitium, atq; ita donatum filio, vt sit proprium filij, probare id debet, alioquin in dubio stādum est regulæ, vt post alios tradit Decia. in l. 1. nu. 7. ff. de reg. iuris. Diuersum est hoc in casu, in quo quidquid acquirat mulier, cum apparet vnde honeste habuerit, sibi non autem marito acquirat, vt dicemus infra, vbi declarabimus l. Quintus. ff. de don. inter virum & vxor. cum ergo hic verlemur in dubio, atque ita non appareat donantē voluisse acquiri marito, quod donauit eius vxori, sequitur dicendum, non esse à regula recedendum, quod scilicet acquiratur ipsimet mulieri donataria.

Donata legatis, an & quando præsumantur eorum contemplatione, & causa, vel contemplatione principis donata, vt vel eis, vel principi censeatur acquisitum?

S V M M A R I V M.

- 1 Donatum legatis à principe in quem eorum extabant merita, vel quos tampridem beneuolentia prosequatur, ipsi non autem mittenti acquirunt. Idem est in donis, ipsi solis conuenientibus num. 2.
3 Dona tradita legatis, sibi principi mittenti conuenientia, non legatis, sed principi acquiruntur.
4 Dona tradita legatis, vel principi vel legatis, secundum loci consuetudinem acquiruntur.

- 5 Donatum omni legatorum sub nomine proprio ei soli acquiritur.
6 Donatum legatis sub commemoratione principis mittentis, acquiritur principi.
7 Legatis donatum in dubio ipsorummet contemplatione præsumitur datum, eisque acquiritur.
8 Legatis Reipub. Veneta donata, non ipsi, sed Reipubl. acquiruntur.

P R A E S V M P T. XXVI.

EST omnino similis præcedentis hæc disputatio, dum ambigitur an, & quando donatum legatis, quos vulgo Ambasciatores appellant, præsumatur eorū causa, & contemplatione donatum, vt eis acquiratur? Quia in re, ommissis aliorum traditionibus, distinguo, atq; constituo plures casus.

Primus est, quando princeps donat legatis iam antea sibi cognitis, quos beneuolentia prosequatur, vel quia extabant aliqua in principem illum merita. Hoc tamen casu præsumitur donatum causa, & contemplatione ipsorum legatorum, vt eis, non autem illi principi, à quo missi fuerunt, acquiratur. Ita Bar. & Castri. in l. dotalem. ff. solut. matrim. manifeste Bald. in consil. 194. Præmissis verbis. col. 2. verficitem etiam in honorem. lib. 2. Cald. & Butr. in cap. postulastis. de præben. & Conrad. Brun. in commentarijs de legationib. lib. 4. c. 6. verfic. alij sic. Quæ quidem sententia confirmatur ex his, quæ scripsimus in primo casu præced. præsumpt.

Secundus est casus, quando nulla extant legatorum merita, sed res t donata eis, & non principi suo conueniunt, vt si donata sunt vestes ipsis Legatis conuenientes. Hoc etiam casu præsumitur donatum causa, & contemplatione ipsorum legatorum, vt eis acquiratur. Ita Barr. Castren. Cald. But. & Conrad. Brun. quos superiorem casu allegauimus. Et conferunt, quæ scripsimus in 4. casu præced. præsumpt. & accedit Tho. Sanchez in tract. de matr. lib. 6. disput. 26. num. 15.

Tertius est casus, quando res t donata non conueniunt ipsis legatis, sed Principi, qui eos misit, vt si donatum fuit Castrū, vel aliqua insignia animalia, vt puta equi insignes, vel Leones, Pantheræ, & similia. Hoc casu præsumitur donatum causa, & contemplatione Principis, vt ei acquiratur. Ita præcitati Doctor. præsertim Alexan. d. §. in arrogato, num. 12. verfic. 2. limit. & Ioan. Lupus in rubr. extra de don. inter vir. & vxor. §. 45. num. 9.

Quartus est casus, quando extat consuetudo, vt quod donatum est t legatis eis acquiratur, vel è contra, quod acquiratur Principi. Hoc sanè casu seruanda est consuetudo. Ita Bald. in d. consil. 194. col. 2. verficitem quia consuetum. Et conferunt, quæ scripsi in sexto casu præcedentis præsumptionis.

Quintus est casus, qñ existentib. duobus, vel pluribus legatis, t donatum fuit vni eorum tantum sub proprio nomine. Hoc sanè casu præsumitur eius sola causa, & contemplatione donatum, vt ei acquiratur. Ita respondit Bald. in d. consil. 194. col. 2. verfic. amplius, quod hic.

Sextus est casus, quādo donatum est legatis t sub commemoratione Principis, qui eos misit. Hoc sanè casu dicitur donatum illi Principi, atque ita ei acquiritur. Ita in specie Alex. in d. l. sed si plures. §. in arrogato, num. 12. post Ang. ibi. Et conferunt, quæ diximus in tertio casu præced. præsumpt.

Vltimus est casus, quādo verè sumus in dubio, quippe quod nulla ex prædictis coniecturis concurrunt. Hoc in casu t recepta est Doctorum sententia, præsumi donatum causa, & contemplatione ipsorummet legatorum, vt eis acquiratur. Ita gl. & Cyn. in l. manifestissimi. C. de fur. Gul. Cun. in l. qui proprio, §. procurator. ff. de proc. Bar. in l. si verò. §. quidquid. ff. solut. matrim. Io. Andr. & Imol. in cap. postulasti. de concess. preb. Sal. in l. cum aliquis. C. de iure delib. Alex. in l. sed si plures. §. in arrogato.

gato. num. 12. ff. de vulg. & pupil. subtit. Ioan. Lupus in d. rubr. extra de donat. inter vir. & vxor. §. 45. n. 6. & n. 9. Al. in tract. de præsumpt. reg. 1. præsumpt. 18. verfic. secundo moueor. Rol. in consil. 10. num. 9. lib. 1. & Vinc. Franc. in decis. 172. nu. 3. Quæ sententia probatur text. l. cum multa. C. de bon. quæ lib. quam perpendi superiore præsumptione in 7. casu. confert & Soc. qui in eod. §. vlt. ff. pro soc. Et accedit, quod legatis consueuerunt donari. l. vlt. in fin. ff. de bon. damn. & ab annalium scripto ribus non vno in loco memoriae proditum est, ex quibus exempla collegit ad rem nostram Conrad. Brun. in d. li. 4. de legationibus. c. 6. Lege t Veneta (vt audio) sanctū est, donata omnia legatis Serenifis. Reipub. acquiri ipsi Reipub. nisi ei placuerit legatos ea retinere.

Donatum filiofamilias, an & quando præsumatur donatum sui, vel patris contemplatione.

S V M M A R I V M.

- 1 Donata res acquiritur ei, cuius contemplatione data fuit.
2 Donatio causa mortis, effectum habet mortuo eo, cuius contemplatione facta est.
3 Filiofamilias donatum facta mentione patris, & potestatis patris præsumitur contemplatione patris donatum.
4 Donatum filiofam. facta quidem potestatis patris mentione, sed collata dispositione in tempus, quo filius sui iuris sit, filio acquiritur.
5 Donatum filiofam. facta mentione patris, & filij, si tale sit quod filio acquiri nequeat, intuitu patris datum præsumitur. Secus est si talis res sit, quæ patri nequeat acquiri. num. 6. Et quid sit eo casu, quo dubium est, cui possit acquiri. nu. 8.
7 Auius legans nepoti, ex filio spurio, contemplatione nepotis præsumitur legasse.
9 Donatum filiofam. facta mentione tum patris tum filij, præcedentibus benemeritis parentis, illius contemplatione factum præsumitur. Idem si pater fuerit summe amicus donatoris. n. 10. Et è conuerso si extet benemerita filij. n. 11. Vel sit summus donatoris amicus. n. 12. Et quid si magis sit amicus, quam pater. n. 13.
14 Donatum patri, & filijs, solum patris benemeritis extantibus ipsius contemplatione præsumitur donatum. Et quid si extet benemerita, tam filiorum quam patris. nu. 15. Aut nullius eorum extet merita. nu. 16.
17 Donatio facta filio simpliciter, nullis benemeritis extantibus, vel patris, vel filij, aut aliqua singulari affectione, solo filij intuitu emanasse præsumitur. Nisi facta sit donatio in eo, ad quod pater illius tenebatur. n. 18.

P R A E S V M P T. XXVIII.

DISputatio est frequens, & utilis, quando aliquid donatum, vel legatum filiofamil. an præsumatur sui, vel patris contemplatione donatum. Cuius sanè rei cognitio summam habet utilitatem. Nam res donata t ei acquiritur, cuius cõtemplatione donata fuit. l. profectitia. §. 1. de iure dot. l. sed si plures. §. in arrogato. ff. de vulg. & pupil. subtit. l. traditio. §. 1. ff. de acq. hæred. gl. in l. cū oppotter. in prin. C. de bon. quæ lib. & ibi Bar. & Bal. & reliqui. Idem Bar. in l. filiofam. la 2. ff. de don. cau. mor. Cro. in l. frater à fratre, n. 4. ff. de condic. indebit. & ibid. Io. Coraf. in 1. par. num. 62. & idem ego ipse respondi in consil. 81. n. 40. & in consil. 161. nu. 12. Est etiam utilis hæc disputatio, quando donatio est causa mortis, quia t illa effectum habet, mortuo eo, cuius contemplatione fuit donatum. d. l. si filiofam. la 2. ff. de don. cau. mort. Hac in re distinguendi atque constituendi sunt multi casus præter Bar. in d. l. filiofam. la 2.

Primus est casus, quādo in t donatione facta fuit mentio patris, & patris potestatis, & donatio confertur in. tempus patris potestatis hoc in casu in dubio præsumitur donatū cõtemplatione patris. Ita Bar. in d. l. filiofam. la 2. num. 1. verfic. quid dicemus. & in l. filiofam. ff. de condic. & demonst. quem secuti sunt ibid. Soc. num. 3. & idē Socin. in consil. 72. nu. 11. verfic. sed prædictis. lib. 3. Crót. in d. l. frater à fratre, num. 4. & ibid. Corafius in 1. part. num. 63. ff. de condic. indeb. l. a. in l. cum aliquis, num. 2. C. de iure delib. Ruin. in consil. 24. num. 1. lib. 5. & Alb. in consil. 57. num. 18. & Ant. Padilla in l. quamuis. n. 8. C. de fideicom. Et ij quidem sic interpretati sunt d. l. filio. ff. de condic. & demon.

Secundus est casus, qñ t in donatione facta fuit mentio patris, & patris potestatis, sed donatio, & dispositio collata fuit in tempus, quo filius erit sui iuris. Hoc sanè casu præsumitur donatum contemplatione ipsiusmet filij. Ita Bart. in d. l. si filiofam. la 2. num. 1. verfic. quandoque fit mentio patris, & sequuntur præcitati Doctor. præsertim Corafius: qui sic intellexerunt l. mulier. ff. ad S. C. Treb. & l. 3. C. de instit. & subtit. & confert l. si post mortem in princ. ff. de leg. 1.

Tertius est casus, qñ t in donatione facta fuit mentio patris, & filij, vt si dictum sit, dono Caio Sempronij filio, sed res illa donata acquiri non potest filio. Hoc sanè casu præsumitur donatum contemplatione, & intuitu patris. Ita Bart. in d. l. si filiofam. la 2. num. 1. verfic. quandoque fit mentio filij, & patris. ff. de don. cau. mor. & in l. vlt. C. de usufruct. quem declarat Ruin. in consil. 194. num. 3. verfic. nam primo casu. lib. 2. Padilla in d. l. quamuis, nu. 9. sic intelligunt l. cum aliquis. Co. de iure delib. in sui ratione, sic etiam confert in arg. l. 1. §. communis seruus. in cõta l. item si seruo. §. vlt. cum l. sequi. ff. de stip. seruo.

Quartus est casus, qñ in t donatione facta est mentio patris, & filij, vt si dictum est, dono Caio filio Sempronij, sed res illa donata acquiri non potest patri. Hunc casum omisit Bar. in d. l. si filiofam. Et dicendum est, præsumi donatum contemplatione, & intuitu filij, non autem patris. Ita Bar. in l. Gallus. §. quod si is. col. vlt. ver. tertius casus est. ff. de lib. & posth. cum dixit, qd si auus t legauit nepoti ex filio spurio, præsumitur legasse contemplatione ipsiusmet nepotis, cum is filius spurius capere non possit ex dispositione patris. Et Bar. secuti sunt Ruin. ibi dem n. 22. Crau. in consil. 184. nu. 1. & alij congesti à Didaco in Epitome de spõsalibus. in 2. parte. c. 8. §. 5. num. 13. & à Palæoto in commentarijs de nothis spurijque filijs cap. 53. nu. 3. qui testatur communem, & veram. Et conferunt quæ scripsi supra in præsumpt. 17. in 2. declar. secundi casus, dum explicauit, quādo dos donata ab auo nepti, præsumatur filij contemplatione donata.

Quintus est casus, quando in donatione facta est mentio patris, & filij, vt superiore casu, sed dubiū est, an res donata quæri possit filio, vel non, vt quia pendet à futuro euentu, quemadmodum quando filio donatus fuit usufructus, cuius commoditas acquiritur patri. Auth. idemque. C. de bon. quæ libe. Hoc in casu t inspicitur futurus euentus, & secundum illum iudicamus, an contemplatione patris, vel filij donatus fuerit. Ita Bart. in d. l. si filiofam. la 2. in fi. de don. cau. mor. & in d. l. vlt. C. de usufruct. quem secutus est Ruin. in consil. 194. num. 3. lib. 2. si ergo filius decedit, parte superstiti, filio nihil potuit acquiri, ob id euentus iste declarat donatum fuisse filio contemplatione patris, si verò è cõtra decedit pater, filio superstiti, ipsi filio acquiri potuit usufructus, & propterea euentus declarat fuisse donatum contemplatione patris. eandem opinionem probarunt Imol. in d. l. si filio. de donat. causa mort. Angel. Arctin. in §. finitur. col. 1. Instit. de usufruct. Eman. Costa in lib. 2. selecta. in terpret. cap. 17. nume. 4. Ant. Padilla in d. l. quamuis, num.